

bailli de Mâcon, au détriment de l'Eglise (1). En 1289 (18 juillet), Nicolas IV, voyant le peu d'effet de ces actes,

(1) *Arch. du dép. du Rhône*. Arm. Abel, vol. 21, n° 2. — Bulle de Nicolas III. — « Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo
« filio Philippo Regi Francorum illustri, salutem et apostolicam benedic-
« tionem. Personam tuam sic omnipotens Dominus gracie sue benedictione
« perfudit, sicque tibi grandem animum prebuit, ad sua beneplacita pro-
« sequenda, quod, tanquam princeps christianissimus devotionis eximie
« illustrium meritorum titulis insignitus, ad ipsum Deum et sedem apos-
« tolicam gerens reverentiam filialem, ecclesias et personas ecclesiasticas
« regio favore prosequeris et quantum in te est dispendiis illas affici non
« permittis, honorans in hoc sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem
« tuam in cujus caritatis visceribus locum magnum obtines inter ceteros
« catholicos principes orbis terre; digne quidem tibi, rex inclite, auditas
« nuper querelas Lugdunensis Capituli affectu speciali seriose referimus ut
« illis sicut devotus filius, in quo plene quiescimus, aures adhibeas cum
« earum qualitate pensata non debeant subterfieri. Profectò, procuratore
« ipsius capituli ad sedem apostolicam destinato referente, didicimus quod
« ballivus regius de Matisconensi in terra et dominio Ecclesie Lugdunensis,
« de novo, contra statum antiquum, bastionarios retinet qui bona homi-
« num ejusdem Ecclesie saisiunt et homines ipsos pignorant, pro sue
« arbitrio voluntatis; nec pignora ipsorum dimittunt nisi per eosdem
« homines redimantur. Canonicos insuper, etiam personatus et dignitates
« in predicta Ecclesia obtinentes, presbyteros quoque ac clericos terre
« predictæ, in personalibus actionibus eorum eodem ballivo litigare com-
« pellunt et ipsos interdum ausu sacrilègo capiunt et carceri mancipare
« presumunt, in Ecclesie prefate grave prejudicium et contemptum eccle-
« siastice libertatis; super quo dicti capitulum ejusdem sedis patrocinium
« humiliter implorarunt. Nos igitur, licet hec tibi non placere credamus,
« quia tamen, si veritate (quod absit) ipsius procuratoris assertio fulcire-
« tur, posset per hoc regio nomini derogari, eelsitudinem regiam rogamus
« et hortamur attente quatinus attendens quod non decet quod prefata
« Ecclesia, que multarum coruscat privilegio dignitatum, per quoscumque
« officiales tuos sic dispendiosis injuriis opprimatur; nec inibi ecclesias-
« tica libertas, ad cujus conservationem te convenit adesse propitium
« defensorem, quomodolibet conculcetur; sic circa premissa regia circum-
« spectione provideas quod preter divine retributionis premium possis
« apud homines digno laudum preconio commendari. Datum Rome, apud
« sanctum Petrum, X kl. aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »